

FRIDERICUS Bürger Spembergensis Lufatus.
 ZACHARIAS PRÆTORIUS Hojersvv. Lufatus.
 JOHANNES HENRICUS ANDREÆ Budissinus.
 CASPAR Birling Budissinus.
 GUSTAVUS MARTINI Rulandinus Lufatus.

*Selecta ipsis est materia de Christi Θεουδεωπης sanctissimæ
 conceptione, quam ita definit Michäel VValtherus Theologus Orienta-
 lis Frisicæ Auricanus, quod sit γ Actio immediata sive crea-
 tio miraculosa, nova & inaudita Jehovæ, communi-
 ter quidem omnium trium Trinitatis personarum,
 totiusq; S S. Trinitatis, sed singulariter Sp. Sancti,
 quâ is in temporis plenitudine humanam Christi na-
 turam integram in utero Beatæ semper-Virginis Ma-
 riæ ex sanctificatis ipsius sanguinibus, præter rerum
 seriem sine virili semine & in uno momento simul
 produxit, illæsâ virginitate, quam naturam Filius
 DEI solus assumpsit, sibiq; copulavit ad recuperan-
 dam & renovandam salutem humanam, expiandam
 immundam conceptionem nostram. Primus itaq; pro-
 cemiabitur Latino sermone proso memoriter de hujus mysterij sublimi-
 tate. Secundus carmine Græco Heroicò ex Elegiâ Petri Lotichij Secun-
 di d natum Christum celebrabit. Tertius similitudinibus à scripturâ,
 picturâ plasticâ, sculpturâ texturâ & architectonicâ desumptis S. opus in
 conceptione Christi absolutum illustrabit. Quartus Dei Clementiam,
 Sapientiam & Potentiam exinde relucens commendabit. Quintus
 umbram illam divinam, cuius mentionem facit Gabriel, variè ac-
 commodatam depinget. Sextus Sanctum illud, quod Orator cæ-
 lestis ex Mariâ nasciturum dixit, & Deum esse & hominem ex Scri-
 pturis sacris confirmabit. Septimus deniq; carmine Latino Heroico
 memoriter recitando ex Nativitate Christi optima quæq; ominabitur
 atq; precabitur.*

*γ Vindicijs de
 Concep. Chri-
 sti S. 10.*

*d lib. IV. eleg.
 6.*

*Operosius sanè Vos, Patroni nostri Magni, Mæcena-
 tes Optimi, & Juventutis nostræ spirantia Exempla,
 ad*